

dalum patiatur hostile, sique liquido appareat ve- A collatam sibi divinitus pontifici excellentiam par est stri consanguinitas erga se quanti valeat. Namque coronari per compassionis clementiam.

EPITAPHIUM ELLINGERI ABBATIS

(MABILI., *Analect.* nov. edit., pag. 437.)

Hic Ellingeri noscuntur membra teneri,

Qui cum justitia respuerat vitia.

Moribus abbatum sanctis decorans dominatum,

Cum pietate patris præfuerat monachis.

Pervigili cura tulit assecitis nocitura :

Lætificando probos corripuit reprobos.

Istruit exemplis cunctos plusquam documentis :

Pravis difficilis, mitibus et facilis.

Mundum despexit, dum carnis pondera vexit,

Calcans carne solum, mente petendo polum.

Jugi multarum se fonte luens lacrymarum,

Mox letis oculis aspuerat populis.

Sprevit divitias . . . utpote delutas

Lætos cujus opes præstiterant inopes.

Hujus contritam dederant jejunia vitam,

Largam munerebus oppido pauperibus.

B Numquam pro Christo tali caruere ministro,

Quod populum latuit, sed Domino patuit.

Ut dilexissent illum plusquam timuissent,

Blandus discipulis sic fuit ac famulis.

Nullum damnavit, quem judicio superavit :

Solers consiliis, commodus auxiliis.

Mundo, dum vixit, se pro Domino crucifixit,

Gestans arma crucis talis amore ducis.

Doctrinæ rivum prudens pectore vivum,

Hoc sibi contiguos fecerat irriguos.

Fornicibus pietam qui jusserset hic fore cryptam,

Ac sibi vicinam construit ecclesiam.

Hic memor in primis percuncta negotia finis,

Crimina sic domus corpore dum viguit.

Pace coronatum coeli requiescere flatum,

Lectores precibus poscite supplicibus.

ANTE MEDIUM SÆCULUM.

UDALRICUS

ABBAS TEGERNSENSIS.

UDALRICI EPISTOLÆ.

(Edidit R. P. Bernardus PEZIUS *Thesauri Anecdota. nov. V.*, 1, 228.)

I.

*Ad P. [f. leg. N. Nikerum ep. Frising.] episcopum,
ad quem Raherium clericum, multorum criminum
reum desert, eique G. canonicum suffici in parochiali
munere rogat.*

*P. cunctos coronanti pontifices nostræ ætatis ma-
tutitate sapientissimæ pietatis, V. infimus abbatum,
coelestis curiæ senatum.*

Nostræ ditioni clericum Raherium assignatum,
multis comperimus criminibus commaculatum, et
non minus facinore fascinationis fore execrabilem,
quam infamia adulterii vituperabilem. Ex hoc qui-
dem haud ignoramus sibi commisso gregi exemplo-

C britate. Nam hoc refertur, quod est miserabile ac lacrymabile, quam plures ejusdem populi ex hoc sæculo migrasse sine peccatorum confessione et absque viatici communione, nec non etiam in sepe- liendo sine animarum commendatione. Quia vero non solum rei sunt qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus, atque ad magistrum respicit quidquid a discipulis delinquitur, pro talibus dolemus negligentiis peccatorum nobis accumulari augmentum, vestramque veremur sanctitatem aliquod ob id pati animæ detrimentum. Quocirca vos, dilectissime Pa- ter, supplices efflagitamus, quatenus vestro canonico G. hanc ecclesiasticam cum nostra familia eu- ram interim commendetis, quoad vestre vive vocis.